Berg

1830

Berg
[1830]

Status reipublicae Atheniensis, quo tempore vixit Pericles

Berg.

Optime fere Plato, et cum Platone Cicero pueros ~~vocant~~ vocant, historiae et ante nostram aetatem gestorum ignaros; pueri enim sunt, quippe quibus careant eruditionis litterarumque quasi principia; quique igitur ad altiora pervenire non possunt. Quod quidem ne iniquè dictum videatur, pauca tantumodo nobis allegare liceat argumenta, cum propositi excederet fines, loquimur de historiae diffinere utilitate. Nostrae ut mihi videtur aetatis non bene intelligere possimus histo. riam, si antiquitatis nos fugeat notitia; uno enim tenore, et arcto inter se conjuncti vinculo, humani generis per omnia porriguntur saecula casus, et nullus tam exiguus est, cujus rationem habere non debeamus, cum sciamus, quod nullius in praesenti videbatur momenti, maximam in posterum exercere vim. Idem hoc quoque de artium litterarumque contendere possumus historia, cujus neglecto primordio nunquam prima generis humani investigare possumus vestigia, quae quidem maxime oblectat animum investigatio. Prima autem culturae vestigia vetustis finibus jam impressa videmus, quae nobis inhabuerunt nationes, quo in numero Indiae sunt incolae et Aegyptii. Ab his, simulque ex Asia, in Graeciam translatae sunt artes, quae in regione magis magisque excultae, ad summum fere perductae sunt fastigium. Graecia capta deinde litteras tradidit Latio, quae tum per orbem propagatae

sunt romanum. At hic quoque aurea certata est litterarum aetatem argentea, et magis magisque deinde luxu, imperatorum lascivia et assiduis bellis communitam est artium litterarumque studium. Graviter mox concussum est imperium romanum, quod ignoti tandem huc usque everterunt barbari, quo facto nova quidem exstiterunt imperia, quorum autem et insulae et regio bella quidem fuerunt quaeri, at culturae omnino fere experters. Quod ad litterarum attinet studium, media quoque aetas maxima obducta fuit caligine, quam ne Arabes quidem, tunc tempore litteras quam maxime excolentes, protrudere valuerunt, quae tandem repulsa est, cum Graecia a Turcis capugnata litterarum in Italiam misit magistros, quibus iterum per occidentem propagata est litterarum cultura. Sed omittamus, et hoc tantum moneamus, neglecto antiquitatis studio scripta veterum intelligi non posse auctorum, quae quidem, ut omnes consentiunt maximi sunt momenti ad animum nostrum excolendum, quod jam per se, et omissa hujus studii suavitate, invitare nos debet, ut omnem in hoc perdiscendo navemus operam. Sed haec sufficiant, jam in Athenas convertamus oculos, earumque consideremur statum. Periclis tempore, quod ut recte fieri possit, paucis priorem egregiae hujus civitatis respectamus historiam, cum nemo sane dubitet, quin urbs Atheniarum memorabilior sit ceteris Graeciae civitatibus, quippe quae olim fuerit artium litterarumque sedes, quod et nostro adhuc tempore aedium testantur ruinae et in aeternum monent poetarum, historicorum atque philosophorum, quos illa tulit, scripta. –

Dum Cecrops, quem urbis ferunt conditorem, culturae ex Aegypto, quae antiquissimis jam temporibus maxime fuit exculta, in Graeciam transtulit primordia, et civitatis constituit formam, quae autem qualis fuerit, in obscuro versatur. Usque ad Theseum, qui fortis Herculem imitari conatus est, omnis Athenarum historia repleta est fabulis, hic vero rure sparsim habitantes collegit tribus, et merito urbem condidisse dicitur. Ex eorum, qui in imperio ei fuere successerunt numero, Codrus pro patriae salute devovit salute, eoque defuncto nullus postea creatus est rex, cujus nunc locum tredecim suscipiebant archontes, quae quidem hereditaria fuit dignitas et usque ad vitae finem perdurans; ita exeunti autem tempore in decem eorum, et postremo in singulos creabantur annos. His temporibus optimatum quoque magis magisque exercitum est imperium, cum archontes et areopagitae ex nobilium sumerentur numero. Civitatis adhuc in crudum ingenium Draconis leges ostendunt, quas cruore cum scripsisse ferebant, quippe quae omni fere crimini capitis constituerent supplicium. Sed ut saepius fieri solet, ubi severae

leges, ibi maxima lusricia, sic Athenis quoque hae leges mox abrogatae esse videntur, et in dies augebantur turbae, usque ad hoc tempus, quo Solon, qui diuturnis iti neribus animam suum exolverat, archon constitutus, et a populo rogatus est, qui in melioremformam redigeret civitatem Solon nunc consilium cepit abrogandae aristocratiae, populo enim sum am tribuere constituit potestatem, ejus autem administrationem nobilibus. Omnem in quinque divisit classes populum, omnibusque quamquam comitiis interesse licuit civibus, e tribus superioribus tamen ordinibus sumi eligebantur magistratus, qui quidem fuerunt archontes, qui singulis creabantur annis, quibus militaris autem negata fuit potestas. Qualem habebat potestatem senatus, quam βουλην vocabant, cujus in conventu omnia tractabantur, quae populo deinde in comitiis proponebantur, cujusque sententiam archontes in omnibus reipublicae causis audire debebant, eamque respicere. Populo concessa est potestas leges a magistratibus designatos confirmandi, et de publicis consultandi negotiis. Simul Areopagi quoque auxit potestatem, eumque morum tamquam constituit arbitrum cujus plebiscita vel confirmare permisit, vel irriti quare. Has leges in seculum sanctas esse voluit Solon, quibus quamquam gruebantur Athenae, civiles tamen seppremi non potuerunt turbae donec Pisistratus rerum tandem potitus est. Bis quidem expulsus est, tum vero ei obtigit sua firmare potestatem

testatem, quae seculo berrima fuit artibus. Multis enim fuit tyrannus, quippe qui ipse peruerit legibus, publicam constituit bibliothecam et Homeri collegit opera. Secuti eum sunt filii Hipparchus et Hippias, quorum alter necatus est, alter vero dignitatem suam deponere coactus, ad Persas transfugit, eosque ad bellum incitavit, et ipse primam duxit expeditionem, qua multa afficiebat damno Atheniensis. - Miltiades primus in campo Marathonio Graeciae servavit libertatem. Quid adhuc memorem cladem Salaminiam, quid ad Artemisium proelium, quid egregium Leonidae factum, qui cum septingentis Lacedaemoniis Thermopylas defendens, strande superatus est? Nota haec sunt, et ab historicis scriptoribus poetisque celebrata. Asia quidem Persis resistere non potuerat; at in Graecia experti sunt, facilius esse magna expugnare imperia, qui unius parent arbitrio, quam pervas res publicas, quarum cives concordia conjunxit, nam diuturnas post dimicationes omnes Graeciae civitates in hoc conjunctae erant periculo, eaque conjunctione potentes atque invictae. Quae in campo Marathonio et ad Salaminia inceptа erant, ad finem perduxit ad Platacas clades, qua Mardonius a Pausania et Aristide fugatus est, et proelium ad Mycalen navale, in quo perfecta victoria tur classis. Sic in perpetuum a Graecia hic repulsus erat hostis. -

Jam Pericles adtigimus tempus, eyusque repetamus exordium. Xanthippi fuit filius, quem ad Mycalen victoria celeberrimum reddidit, atque educatus est ut nobilissimi eo tempore juvenes; institutionibus enim praeceptisque usus est Damonis, Anaxagorae et Zenonis Eleensis. Provecta jam aetate, quia Cimon primum inter nobiles obtinebat locum, a reipublicae sese abstinebat administratione et popularis fieri studuit. Cum splendidum facile omnique sese praebuit, ille vero omnia civitatis est convivia, publicosque ornatus, nec unquam publice conspectus est, nisi in prytaneo civitatisque. Cum ex Areopagitarum non esset numero, ejus debilitare aliis conatus est auctoritatem, et populi decreto plurimae lites dijudicandum committebantur judiciis. Tanta fuit eloquentia, ut fulgurare atque tonare diceretur, et Olympium eum appellaret multitudo. Diligentissime omnia civitatis est, quae displicerent populo, et suam partis sui declaravit modo erationem. Cimone accusato, Pericles quoque ejus constitutus est judex, qua in re moderatissime se gessit, ut nisi summa, de eo loquebatur, reverentia. — Bello inter Athenienses Lacedaemoniosque exorto, Pericles maximis se obtulit periculis in praelio ad Tanagram infausto, et paulo post clarissimi exercitum tantum manum in Peloponnesum traxerit. Ut assentiret populo, maxime Cimonis exoptanti reditum, ipse plebis citum fieri curavit, quo in patriam revocatus est; cum autem per sororem cum Cimone partes esse dicitur, ut hic quidem bello praeficeretur gerendo, ipsi vero commissa sit reipublicae administratio. Cimonis decessus Athenarum fere eum constituit dominum, nam ab hoc inde tempore rempublicam quasi regebat, sine imperantis quidem titulo, omnemque navavit operam, ut occupatum teneat populum, cum novas emitteret colonias, tum bellicis expeditionibus. Egregius, quas exstruxit aedes, civium blanditus est luxuriae, simulque, prohibuit vacuam multitudinem. Stis ut sufficiat frumentibus, publicum ex Delo Athenas vehi jussit aerarium, eo non ampleius opus esse firmitatis, cum Athenienses sedulitate atque opera barbari jam devicti essent, quod ut fieret hae congessae erant opes. Euboeam contra Euboeam inimicitias, sui juris hanc fecit insulam, et paulo post cum Lacedaemonios induciis in triginta composuit annos. Ut plebis coerceret potestatem, quam antea ipse juvaverat, vetus renovavit jus: civem Athenienses non esse, nisi cujus uterque parens cives fuerit, adeoque multos, qui liberi antea fuerant, vendi jussit, quod cum Periclis demonstret potestatem, maxima quoque ex parte peregratum fuit populo, quippe cujus, minuta multitudine auctoritas augeatur. Induciis cum Lacedaemoniis adhuc perdurantibus, Aspasia ut dicitur urgente, Samum insulam invasit eamque in Atheniensium redegit potestatem. Samii nec quidem rebellaverant, ad eorum classe devicta, oppidoque capto fuit Atheniensium coacta fuere imperium. In urbem redux

egregie defunctos laudavit, qui quidem sermo tantus additorum animos afferit voluptate, ut mulieres ad eum ejulantes erantur et coronis ejus circumgerent caput. – Tandem Athenienses exorta est obtrectatio et plures ejus persequebantur amici, quos in numero fuerunt et Aspasia Anaxagoras, quem pio colebat animo, cujus ipse lacrymabundus effecit causam, eumque absolvi perficiebat. Tum fere temporis Peloponesiacum exortum est bellum, quo finita Athenarum rupta fuit potestas. Variae ejus referuntur causae, at verisimile est, Athenienses suum superbiam Lacedaemoniorumque obtrectationem arcessam dedisse. Initio statim belli Pericles persuasit Atheniensibus de suae absistere terrae defensione, et ipse classe Spartam invasit. Prima expeditione finita, iterum defunctos laudavit Pericles; at jam secundo belli anno Athenis exorta est pestis, quae multos abripuit cives. Ut Athenienses de his malis averterent animum, Epidaurum profectus est. Ibi magni nihil perficere potuit momenti, cum morbo labefacti essent valetudine. In patriam reversus, magistratu eum abrogarunt Athenienses; sed paulo post summam iterum ei traditum est imperii, et major adhuc ei concessa auctoritas. His autem temporibus, quibus reipublicae cum corruperat cura, domi quoque dolore affectus est, filii enim defuncti sunt, ejusque autem ad mitigarent dolorem Athenienses, quam ipse tulerat legem, antiquarunt, quo facto, quos cum Aspasia habuit filios civium adscripti sunt numero. Sed animi ejus fracta erat alacritas; tertio belli anno supremum obiit diem; et jam moriens, cum deplorarent eum amici, ejusque egregia memorarent facinora, Haec, aliis quoque, inquit, obtigit hominibus, sed hoc maxime glorior, nemo mea causa dolore affectum esse civem. Eo moriente egregium perdiderunt civem Athenae, qui patriae primum inter ceteros civitatem vindicare voluit statum, eoque regente Athenae non solum maxime fuerunt exultae, sed ceteris quoque imperabant; celeberrimis urbem exornavit aedibus, quales sunt Parthenon, Odeon, statuis aliisque artificiis, quorum testantur egregiam speciem, quae nostra adtigerunt tempora, fragmenta. Hoc tempore maxime florebat graeca ars, eoque vigebat Phidias.

Dolente tantum animo hoc relinquere possumus temporis spatium, in quo brevi quidem, sed praeclare florebant omnes per Graeciam artes. Insequenti quoque tempori eorum impressa videmus vestigia, at gravissimum effugit tolerare; quae egregias has ad maturitatem perduxit litterarum artiumque fructus; libertatis autem abusus, quae in Graecia quidem primum apparuit generi humano, liberas has max delevit civitates. Egregium vero omne, quod Graecorum protulit animus, quod ab insequenti tempore quam exercebat vim, et mediae tandem aetates penetravit tenebras, hoc exortum est tempore. Sempiternam tunc assumti sunt laudem inter alios egregios imperatores Miltiades, Themistocles, Aristides, Cimon, Pericles, Alcibiades; non minus aeterna laude digni habentur Phidias, Praxiteles, Myron, Zeuxis

et Parrhasius; eloquentia florebant Lysias, Isocrates Aeschines, Demosthenes; tragica excellebant musa Aeschylus, Sophocles et Euripides, comica Aristophanes, historiam scripserant Herodotus, Thucydides, Xenophon, philosophos vero, quis nescit celeberrimos Socratem, Platonem atque Aristotelem. Nulla fere, ut brevis dicam, experiri potest ~~potest~~ frugalitas vel ars, quae apud Graecos non viguerit, imo non ad vestigium vixerit. Hac in re belli ipsum quidem Spartam comparare non debemus Athenis, quae vere macedonica ut ita dicam aetate in Asiam et Aegyptum translata est cultura, quae una cum triumphantibus Romanis ingressus est consulibus, quaeque medio fluente aevo ex Italia in omnes orientem propagatae est civitates, cultura hoc tempore quo maxime graeca floruit libertas provocata est. Nunc jam ad singula pergamus.

Poetae non minus quam artifices magis magisque effigerunt mythologiam et magnam ut ita dicam Deorum constituerunt civitatem; at superstitionem eam esse jam credebant philosophi.

Variae per Graeciam inveniebantur civitatum formae, et quo tempore Plato optimam suam reipublicae administrandae depinxit formam, jam Graecorum animis sanctus fuit libertas, cum plebis optimatumque inter se dimicatione, tum singularum civitatum aemulatione atque obtrectatione. Hoc quoque tempore omnis generis scriptores ad summum provecti sunt culmen, puritate, copia, circumscriptionis ubertate et virtute.

Drama sine dubio originem duxit e religione, et celebratio numinis cujusdam vel herois fuit, una cum cantu atque saltatione Thespis primus fuisse videtur, qui ardorem vel potius furorem priorem arcebat dramatur. Consequenti tempore Aeschylus dialogo usus est, secundum inducens histrionem, et deinde, Sophoclem secutus, tertium quoque et quartum; chorus autem plerumque plebis tamquam egit partes. Dignitatem atque gravitatem dramati tribuit Aeschylus; ejusque auxit vim personis, vestitu, actione atque cultu; quae pronunciatur chorus apud eum longiora saepius sunt et elocutione Pindari similia carminum, minus vero animum capit venustate quam gravitate. Libenter nobis homines proponit, qui animi ardore commoti sanctissima negligunt officia, et sponte Deorum in se convertunt iras vindicans. Chorus bonam saepissime egit causam et interdum quoque cujus exempla praebent Eumenides. Supplices quae, primum egit personam. Ejus observavit laudem aequalis Sophocles; qui tragoediam in melius excoluit atque auxit, et Aeschyli evitabit in elocutione vitia, licet tumorem. Eodemque tempore, quo Phidias pulcherrimus finxit statuas, Sophocles tragoedias conformavit et gravitate et venustate excellenter; chorum coercens; actionem amplificavit et multiplices oculos ponit res gestas; mores similiores humanis depingit; animique perturbationes magnas quidem, graves que sunt, quamquam modum non excedunt. Nobile ejus dicendi est genus et jucundum; quoque indocti loquentes,

Deos ex intimo colunt animo. His minorem habet alacritatem et vigorem Euripides. — Horum tantum fragmenta habemus tragoedias, multorum qui eodem florebant tempore, vix cognita habemus nomina. Prologus verisimile inde ab Olymp. 89 in usum venit, ut principio statim, quid agatur sciant, auditores.

Mature iam exorta est comoedia, cuius rum Susarion auctor fuit, an Epicharmus, dis cerni non potest. His fabulam primum comoediam in Sicilia agi curavit, quae initio plebis tantum oblectationis causa conscripta fuit. Lascivia abundavit vetus comoedia, quae in iis tantum ulti licet civitatibus, in quibus omnes rei publicae administrandae participes fuerunt omnes. Potentiores quidem, quos saepissime ludibria habebant poetae, iam coercere tentabant, plebs vero hoc sui juris esse contendebat, nec abrogari potuit quoad longus in civitate valuit auctoritas. Optimatibus autem praevalentibus, comoediae adempta est aculeus. Nam ejicitur, quia facta adhuc viventium non amplius depingebantur, fabulae a poetis inventae sunt, et veteri cum negatum fuerit comoediae archonti memoriam facere, mediae praescribebatur, ne allum in scenam proferat adhuc viventem; quo facto debilitatus est comoediae amor, et chorus paullatim desiit, donec recentior tandem comoedia ficta tantum induxit personas, et chorum omnino omittit. Hos veteris comoediae ingenium, solus nobis tradidit Aristophanes; ceterorum enim ejusdem temporis comicorum perierunt opera. Florebat hic, quamque com. scripsit comoedias bello Peloponnesiaco durante, sui temporis res, spectabat fata atque res gestas, praecipue eorum depinxit auctoritatem, qui ad clavum sedebant reipublicae, et patriae, quamque aetatis vitia acerbissimis caedebat plagis.

Eloquentia, civitati inserviens, summam asserta est quatenus libertatem atque perfectionem, ea erecta est Periclis, orta quae suavitate suam asseruta est auctoritatem; et in philosophia ejus perspicua est vis, eaque exornavit Platonis scripta et Xenophontis, quamquam utrique tempori inserviens, dia, logo usus est. Una cum Athenarum libertate labefacta quoque est eloquentia, et salubrem suam in civitate administrandam, damnavit vim. Splendidae orationis cultus quo Gorgias Siculus floruit, per Graeciam ejus quoque propagavit studium, at patria res fuerunt, qui eum secuti sunt. Maximam in oratoria arte assecuti sunt laudem Isocrates et Demosthenes; ille autem timidior fuit atque vacuae firmior, quam qui ipse oratorium consenderet suggestum, sed magnam praebuit utilitatem disciplina atque institutione juvenum. Mox eum superavit Demosthenes, et sententiarum ubertate, et dicendi generis copia, vi, et vi compositione atque gravitate strenue et assidue studio omnia, quae natura ei objecerit

superavit impedimenta, in republica mox magnam assecutus
est auctoritatem, et maximopere sese opposuit Macedonum
regi, quem Graeciae delecturum esse arbitraretur libertatem
Eodem quoque tempore Aeschines floruit, qui utilitate qui-
dem et sinceritate Demosthenem assecutus non est, at face-
litate multorum in se traxit animos; et a Demosthene,
ex Attica pulsus eloquentiam docebat Rhodi.

Philosophia in Asia exorta per civiles exardescentibus
bellis, in Magnam Iesse contulit Graeciam, ibique Xenopha-
nes Colophonius Eleaticorum condidit scholam Eleae, quae-
rum institutis Parmenides magis excolebat. Zeno Eleati-
cus arte dialectica in novam flexerat viam philosophiae
studium, quam quidem in doctrinae convertarent damnum So-
phistae, nisi Socrates sanam salvaverit mentem, et Plato
aeque ac Aristoteles sua condiderint systemata, quae im-
mortalia philosophiae documenta nobis tradita sunt. –